

veniens in una suppositione, quam in alia; unde sic intelligendo...

QUESTIO SECUNDA.

De Materia, Forma, & Ministro Matrimonii.

Omnia nove legis sacramenta constare ex materia & forma...

ARTICULUS PRIMUS.

Varie opiniones de materia, & forma matrimonii examinantur, & probabilior sequitur.

Utab improbabilibus, vel minus probabilibus opinionibus exordium sumamus; Aliqui dixerunt, matrimonii materiam esse utriusque conjugis mutuum consentium...

Alii putant priora verba unius contrahentis, vel verba prius ab altero contrahente prolata esse materiam hujus sacramenti...

cap. 16. & Silvelter in Summa verbo Matrimonium. Hic quoque dicendi modus non recipitur, quia non manifestat, qui sint hi alii...

Quidam etiam ex nostris Scotistis aliquid novi in hoc pacto afferre voluerunt, Hicque siquidem in Commentario d. 25. n. 71. postquam sententiam illam commendavit, ut alius preferendam...

Verum hic dicendi modus alii mihi videntur obsecrari, & minus ad rem facere, quoniam licet ut matrimonium sit sacramentum...

His itaque dicendi modis rejectis, ut improbabilibus, vel saltem minus probabilibus restat, ut expendamus opiniones alias...

Hi tamen dicendi modus graves patitur difficultates nam materia, quam forma sacramentorum debent esse idem sensibile...

Hi tamen dicendi modus graves patitur difficultates nam materia, quam forma sacramentorum debent esse idem sensibile...

spiritualis; inquit non potest esse materia hujus sacramenti. Nec suffragari, quod inquit Valentia, & Aueria loc. cit. satis esse, ipsum consentium delicti sub sensu notitiam, & fieri suo modo sensibilem...

Constat, quia dum dicitur, consentium internum esse materiam, & confessioem externam per verba esse formam, vel sermo esse de consensu, prout est quidam actus interior...

Alia sententia, que est valde communis apud summissas, asserit materiam remotam matrimonii esse corpora ipsorum contrahentium...

At hac sententia quoque graves patitur difficultates, dum enim dicitur, consistere ex materia & forma, ex rebus, & verbis, plane intelligitur vera, & realis distinctio inter has partes intercedere...

At hac sententia quoque graves patitur difficultates, dum enim dicitur, consistere ex materia & forma, ex rebus, & verbis, plane intelligitur vera, & realis distinctio inter has partes intercedere...

imò neque videtur esse rationis, nam eo ipso, quod traditio est mutua, essentialiter simul est acceptatio, non enim fieri potest, ut unus conjugum velit corpus suum tradere, & non acceptare corpus alterius...

Ultima tandem, & meo iudicio omnium probabilior sententia docet, materiam hujus sacri esse corpora contrahentium mutuo tradita, vel tradenda; formam vero esse verba eorumdem, vel alia signa externa...

Discrepant tamen hujus opinionis Auctores in assignanda proxima materia, qualem enim dicunt, corpora contrahentium esse materiam remotam, & circa quam contractus matrimonii, traditionem verò, & acceptationem corporum, non quidem veralem, sed realem esse materiam proximam...

Alii vero dicunt, necessarium non esse in hoc sacramento consistere materiam remotam a proxima diversa, sed materiam circa quam diversam a materia ex qua, sed sicut totum compositum ex accidente, & subiecto, dicitur consistere ex subiecto, ut materia ex qua comparatione totius, & ipsum esse materia circa quam comparatione accidentis...



res permanentes, & in hoc ab aliis sac. differre, & consistere adhuc fieri, quia altera pars eius, scilicet forma, atque adeo totum constitutum consistit in fieri; tum quia licet haec materia secundum se sit permanentis, non tamen habet permanentem significationem gratiae sanctificantis, nisi pro tempore, quod subiecitur signis interiorum consensuum experimentibus, quae sunt forma transiens, nam Christus non illi materiae seorsum sumpta, sed simul cum tali forma cum dedit significationem, unde licet physice materia perseveret, ratio ratiōem huius sacram. est, non perseverat, sed transit cum forma; ita dicitur Ponce lib. 1. c. 7. m. 13. Caspensis disp. 2. sect. 6. & alii.

56 Uterque dicens modus potest admitti, nec in re ipsa differunt, sed solum in modo loquendi, uterque enim asserit, corpora contrahentium, non absolute sumpta, sed ut murus tradita, vel tradenda esse materiam huius sacram. formam vero esse verba, vel alia signa externa aequivalentia, internum consensum exprimentia, qui est causa talis traditionis, & translationis; Et haec sententia hoc modo intellecta, & declarata faciliis est, & omnium probabilissima, & haec evidenter ratione probatur, quia ut saepe dictum est, Christus Dominus in nullo penitus naturae huius contractus immutavit, sed solum ad statum sacram. exivit, ut esset gratiae collativum, eadem ergo materia, & forma erit in hoc contractu assignanda, quae in aliis contractibus civilibus assignari solent, quae sacramenta non sunt; liquido autem constat, in aliis contractibus materiam esse eam, de qua contrahitur, & inter contrahentes convenit, & formam esse mutuum contrahentium consensum signis externis, & sensibilibus expressum; sic in contractu venditionis res ipsae, quae venduntur, sunt materia contractus, ut equus, vel domus, & forma est consensus ipse, ut verbis, vel aliis signis externis expressus, cum ergo eadem sit materia, & forma matrimonii, quatenus sacramentum est, & quatenus contractus, concludendum est, in hoc Sacramento consensum verbis, vel aliis signis expressum esse formam, materiam vero corpora contrahentium, ut mutuo tradita, vel tradenda, & sicut in aliis contractibus materia eorum debet esse legitima, id est, non impedita lege aliqua, sic etiam in matrimonii contractu corpora debent esse legitima, hoc est, non impedita, vel naturali, vel humana lege, de quibus impedimentis infra erit sermo. Demum haec sententia valde quadrat verbis Eugenii in decreto fidei, ubi dicit, omnia sacram. tribus perfici, rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, & intentione Ministri, nam iuxta hanc sententiam res sunt contrahentium corpora, forma autem sunt verba eorum consensum exprimentia, postea vero loquendo de hoc septimo sacram. quod est matrimonium, causam eius efficientem assignavit dicens, quod causa efficiens matrimonii regulariter est mutui consensus per verba de presenti expressus, & cum in aliis sacram. materia, & formam designasset, abstinuit ab assignanda materia, & forma huius sacramenti, non tantum ob varias Theologorum opiniones in hoc puncto superius relatas, sed praesertim, quia cum hoc sacramentum rationem contractus supponat, illam supponit Eugenius, esse materiam, & formam matrimonii, ut sacramentum est, quae fuerit illius, ut contractus est, tantumque assignavit causam matrimonii efficientem.

57 Sed obijciat, quod contrahentes sunt Ministri huius sacramenti, ut patet art. seq. ergo non possunt esse materia; consequentia patet ex paritate aliorum sacramentorum, in quibus Minister nunquam potest esse materia, tum quia materia non coincidit cum efficiente ex communi Philosophorum axiomate. Deinde omnia alia sacram. per verba perficiuntur, ut patet ex Conc. Flor. in praedicto fidei decreto, ubi etiam Eugenius de matrimonio loquens expressit, per verba de praesenti perfici; ergo sola verba sunt de essentia formae sacram. huius, nec alia signa externa aequivalentia sufficiunt. Tandem Ecclesia nequit mutare materiam, & formam sacramentorum, sed potest Ecclesia variare materiam praedictam, quia potest utrumque consensum de habili ad contrahendum inhabilem reddere, & contra, ergo &c.

58 Resp. negando consequentiam cum ejus probatione, dispar enim est ratio aliorum sacramentorum, quia alia non consistunt in contractu personae Ministri, sicut matrimonium, ideoque materia, & Minister in hoc Sacramento coincidunt; illud vero axioma philosophicum, quod materia, & efficiens non coincidunt, licet sit verum, ut in pluribus tamen universaliter etiam in physicis, ut patet de agentibus actione immanentis intellectus namque; & voluntas a omnes potentiae vitales hinc causant actus, eosque recipiunt; Ad 2. negatur etiam paritas ob eandem rationem, quia alia sacram. in elementa fundantur, vel aliis rebus, ad matrimonium consistit in contractu ejusdem omnino rationis cum eo, qui inter homines fieri solet, neque illum Christus Dominus ullo modo immutavit, vel ejus naturam alteravit, sed solum ad statum sacramenti exivit, unde cum etiam per nutus fieri solet, & alia signa externa a verbis diverta, sic etiam remanet; Neque Eugenius in eo decreto absolute dixit, matrimonium per verba de praesenti perfici; sed addidit particulam regulariter, per quam indicare voluit, hoc sacramentum etiam nutibus, vel per epistolam perfici posse, absolute loquendo, atque adeo verba praesens non esse de ratione, vel constitutione formae illius sacramenti; nec aliter dici potest, quia furdus, & mutis permittitur

1007

tritur contrahere, & frequenter in hoc contractu matrimoniali contrahentes a Parocho interrogantur, an consentiat, quibus sufficit innuere, quod sic, ut Trid. sess. 24. c. 1. Ad ut. dicendum est, matrimonium ab Ecclesia variari posse ex parte, quae est contractus humanus, & liber, haec enim ratione ejus profecti subijcitur; non autem ex ea parte, quae est, & gratiae collativum, hoc est, in quantum est signum sensibile, & praeticum gratiae sanctificantis; Christus autem non aliam instituit materiam, & formam pro hoc sac. nisi illam, quam habet, ut contractus est, ita ut matrimonium semel institutum sub ratione contractus ab humana profectate habet ex divina institutione, quod sit sac. & retineat pro materia, & forma eandem omnino, quam habebat, ut contractus; neque Ecclesia statuere potest, ut id, quod pro contractu matrimonii est materia, & forma, & Minister, non sit etiam pro eo, ut sacramentum est.

ARTICULUS SECUNDUS.

Qui sit huius sacramenti Minister.

9 Quesitio est de matrimonio sub ratione sacram. considerato, non vero sub ratione contractus, certum enim est apud omnes, Ministros matrimonii, quatenus est civilis contractus, esse contrahentes ipsos, is enim dicitur Minister alieius contractus qui illum facit, contrahentes autem per mutuum consensum faciunt matrimonium contractum; Quis igitur ergo, quis sit Minister matrimonii, quatenus sacram. est, & quomodo communis opinio affirmet, contrahentes quoque esse Ministros matrimonii, etiam quatenus sacram. est, quia ut dicebamus, circa naturam huius contractus nihil omnino immutatum est a Christo Domino, nisi quod ad rationem sacramenti quoque illum elevavit, atque ideo sicut est eadem materia, & forma ejus sub ratione sacram. quae erat ante sub ratione contractus, sic pariter est dicendum de Ministro; quamvis, inquam, haec sit communis opinio, non tamen desunt, qui putaverint, esse sacerdotem, vel Parochum, quia causa sac. est sacra, ideoque Minister etiam debet esse sac. de causa Concil. Trid. sess. 24. c. 1. mandavit, ut Parochus habito contractuum consensu ea verba proferat, Ego vos coniungo; ergo Parochus vere conjungit contrahentes & sacramentum conficit, alioquin verba ejus falsa essent, vel saltem frustratoria; Hinc consequenter dicunt, matrimonium clandestinum, quae ante Trid. celebrabatur, fuisse quidem valida in ratione contractus, non tamen habuisse rationem sacramenti; ita Melchior Cano. lib. 8. de locis c. 5. Guilielmus Parisiensis, Estius, & Silvius, qui valide proprie assignare praetendunt materiam, formam, Ministerium huius sacramenti ad initiator aliorum sacramentorum; ita ut in hoc, sicut in aliis interveniat sacer Minister, cujus verba sunt forma; & favore videtur Rituale Romanum novum in praefatione, ubi Parocho tribuit administrationem huius sacramenti, sicut aliorum, & in hanc opinionem Toletus quoque inclinare videtur lib. 7. c. 6. ubi ait, Minister in hoc Sacramento ante Concilium Tridentinum non fuisse necessarium, ac postea esse necessarium, & ad essentiam matrimonii pertinere Ministerium, & testes, quod dicitur indicare videtur post Conc. Trid. Sacerdotem esse huius sacramenti Ministerium.

60 Vera tamen, & communis sententia, ut dicebam, oppositum docet, Parochum, scilicet, non esse sac. Ministerium, sed ipsos contrahentes, quod expresse etiam docuit Scotus dist. 26. et. sub lit. M. vers. De Ministerio est aliud dubium, ubi ait, quod ipsum contractus sibi ipsi ministrant hoc sacramentum, vel mutuo, vel uterque sibi, integrant tamen unum Ministerium, ut supra dixerat de unitate forma; Et hoc etiam expresse deducitur ex doctrina decreti fidei Eugenii Quarti jam citati, ubi ait, quod causa efficiens matrimonii regulariter est mutui consensus per verba de praesenti expressus, quibus verbis significat, nullam aliam esse causam efficientem vinculi matrimonii praeter mutuum contrahentium consensum, ideoque Sacerdotem non esse huius sacram. Ministerium, sed solos contrahentes; Nec dici potest, Eugenium id asserere de matrimonio sub ratione contractus, & non sub ratione sacramenti; quia in eo decreto tradit doctrinam Catholicam, quam tenet de singulari sacramenti Ecclesia Romana, unde loquitur eo loco de matrimonio praecipue, ut est septimum sacram. illud autem verbum regulariter non ad consensum refertur, sed ad verba, eo quoque 1. suppleri soleant; ut interdu, & aliis signis externis, ut supra dictum est n. 58. Neque Concilium Trident. assentientia Parochi requiritur, tantquam Ministerium sacramentum conficiens, sed tantquam conditionem necessariam ad validitatem contractus, & proinde quae profert, non pertinet ad formam huius sacramenti, sed ex Ecclesiae institutum adhibetur ad contractum mutuum ipsorum contrahentium comprobandum, unde sensus verborum sacerdotis dicentis, Ego vos coniungo est, Ego vos declaro non juncto, vel approbo conjunctionem vestram maritalem, nam veritate haec verba Parochum assentientem esse sacramentum, sicut & contractus, in ipso mutuo consensu expresso contractum. Nec rursus Rituale Romanum aliter, & alio modo administrationem huius sacramenti tribuit Parocho, nisi in quantum debet in ipso contractu assistere, ac postea benedictionem.

ditionem solemnem imperitii, quia tamen Parochus non sit proprius Minister huius sacramenti, amen ex decreto Conc. Trid. praesens esse debet, ut consensum contrahentium requirat, & eundem approbet, & declaret, & sacerdotali benedictione confirmet; Neque obstat, quod actio sacramentalis sit facta, hinc enim non sequitur, necessarium Ministerium quoque ejus esse debere factum, ut patet in Baptismo, quem etiam Laici conferre possunt.

61 Probatur etiam ratione ex natura ipsius contractus deducta, circa quam nihil mutatum est, nisi quod ad rationem sacramenti in lege Evangelica fuerit elevatum, hoc sacramentum in contractu consistit, contractum autem non Sacerdos, sed ipsi contrahentes celebrant, ergo non Sacerdos, sed ipsi contrahentes sunt Ministri ipsius sacramenti, ac proinde uterque efficiens coeuret, vel physice, vel moraliter iuxta opinionem varietatem ad gratiam producendam, non solum in seipso, sed etiam in altero conjuge, & ut aiebat Scotus L. c. sunt ambo unus Minister totalis integraliter, & duo partiales, quia sic concurrunt ad efficiendum contractum, Denique matrimonium clandestinum ab ipsa assententia Parochi celebrata ante Conc. Trid. non solum fuisse valida in ratione contractus, sed etiam in ratione veri sacramenti, ita testatur Trid. ipsum sess. 24. c. 1. dicens, matrimonia clandestina, quae iuxta Ecclesiam non fecerit, trita, fuisse valide, rata, ac legitima, quod iuxta rationem rata inter baptizatos sunt sacramenta iuxta communem Theologorum sententiam, & colligitur ex c. 4. de divortijs, Tum quia matrimonium sine sacerdote contractum semper Ecclesiae praxis causam Ecclesiasticam iudicavit esse, quod non alia ratione facere potuit, nisi quia talem contractum inter baptizatos pro Sacramento agnoscebat, alia nulla posset reddi ratio, propter quam ad Ecclesiasticum forum pertinere, nam matrimonium in ratione simplicis contractus etiam ad forum seculari pertinetur potest; Quare falsum est, quod dicebat prioris sententiae Auctores, matrimonium clandestinum ante Trid. celebrata non habuisse rationem sacramenti, sed simplicis contractus.

62 Ad idem est, supposita communioni, & probabiliori sententia; matrimonium per procuratores contractum esse veri sacramentum, de quo infra, & contrahentes non tantum esse Ministros, quod immediate per seipso contractum matrimonii efficiunt; sed etiam quando fit per procuratores, notant Vasquez, Ponce, Hurtadus, & alii Receptorum. Ratio est, quia tunc etiam ipsi sunt, qui moraliter contrahere dicuntur, quamvis enim procuratores, & non ipsi physice consensum eliciant, & eos expriment, quia tamen virtute principalem, & ex eorum commissione, & nomine eos eliciunt, & expriment, non autem pro seipsis, & nomine proprio, ideoque ipsi principales dicuntur absolute contrahere, & non procuratores nisi cum addito, nempe in instrumentis, vel sicut in Ministeri instrumentales; Quod si quando matrimonium fit per procuratores, adhuc ipsi conjuges sunt Ministri contractus, & sacramenti, tanto magis id asserendum erit, quando contrahunt per epistolam, & per nuncios, quia tunc ipsi sunt, qui non tantum moraliter, sed etiam physice consentiunt exprimento consensum per epistolam, ac proinde quod contractus fit per epistolam, consensum conjugum, & scripturae quibus exprimitur ad essentiam contractus, & sacramenti pertinent, & quod fit per nuncios consensum conjugum, & verba nuntii nomine ipsorum prolata, pariter etiam ad contractus, & sacramentum pertinent, ut advertit Hurtadus d. 3. Difficul. 22.

63 Sed obijciat Auctores primae sententiae, quod Ecclesiasticum tantum sunt Ministerii Dei, & dispensatores mysteriorum Dei ex 1. ad Cor. 4. Sic nos existimare homines, ut Ministros Dei, & dispensatores mysteriorum Dei, ideoque primi omnium sunt Episcopi, deinde Parochi, & sic deinceps, & plane absurdum omnino videtur, & collatione alieius sacramenti generatim excludi sacerdotem, & Episcopos, & tanto magis Laicum esse sacramenti Ministerium, sacerdotem vero solum benedictionis accessorem, & sequentem praesertim sacramenta ministrare non posse, habetur ex cap. Tribus gradibus de Consecr. dist. Confit. quia in aliis sacramentis idem esse nequit conferens & suscipiens, ergo neque in hoc, item in aliis sacramentis est unus Minister, ergo etiam in hoc. Tandem quia si contrahentes sunt Ministri, sequitur, quod si in peccato contraherent, peccarent mortaliter, imo duplici peccato, nempe & ut Ministri, & ut suscipientes, quod valde durum videtur.

Resp. assumptum verificari tantum de mysterijs, quae indigent consecratione, non autem de aliis, alioquin sequeretur, Laicum, & multo magis non baptizatum extra casum necessitatis in valide baptizate, quod est aperte falsum, negatur absurdum, esse Sacerdotes excludi a collatione huius sacramenti, seu matrimonii per alios contractus, neque id magis mirum est, quam quod nequeat seipso, sicut alio peccatis abolvere, vel baptizate, nam sicut in penitentia, & baptismo est institutio Christi, necessarium Minister a suscipiente distinguatur, ita in matrimonio necessarium est idem, negatur pariter, ab ipso dum esse Laicum esse huius sacramenti Ministerium, non vero Sacerdotem, & cum sine probatione assumatur, manifeste principii petitio committitur, hoc enim est, quod in praesenti questione queritur, & disputatur, & tandem in L. c. saemina prohibetur posse sacramentum Eucharistiae ministrare, vel alia, quae sunt per consecrationem, non autem nullam absolute, alioquin sequeretur

Meld. in Quart. Sententia.

mulierem in casu necessitatis baptismum ministrare non posse, quod est contra Ecclesiam praxim.

Ad Consi. negatur assumptum universaliter sumptum, nam Minister Ecclesiae etiam suscipiens, & praesertim in matrimonio ita esse debet, quia hoc sacramentum fundatur in contractu sensibili, id est, in consensu externi expresso per verba, vel alia signa, quare cum contrahentes talem consensum expriment, & consequenter ipsi pariter dicant, & materiam applicantibus quoque sunt Ministri, neque ex aliis sacramentis paritas recede, deduci potest, quia singula sacramenta aliquid habent speciale, quod ab aliis differunt, alioquin eo modo probari posset, sacramentum Eucharistiae non consistere in te permanente, quia reliqua in fieri, & actione transiente consistunt. Ad illud de unitate Ministri, jam dicta est supra, etiam in hoc Sacramento conjuges ambo unum totalem Ministerium constitutur, licet sint duo partiales, quia sic conjuges etiam efficiendum contractum, alioquin per idem argumentum etiam probaretur, nullum matrimonium esse verum sacramentum, quia nullum aliud sacramentum potest esse unum in duobus, quod tamen de matrimonio necessario affirmari debet, cum enim hoc contrahitur, non duo, sed unicum confertur sacramentum.

64 Ad ultimum conceduntur quae plures, eosque moventes in statu peccati mortali matrimonium contrahunt, peccate mortaliter non tantum quatenus suscipiunt, sed etiam quatenus ministrant sacramentum in tali statu, quod probant ex ea regula generali, quod si Minister sacramenti debet sancta sancte tractare, ideoque debet esse in statu gratiae, ita Navarrus, Petrus, Ledesma, Vasquez, Ponce, Lugus, Hurtadus, & ex nostris Hiquius, & Braccatus. Imo Hurtadus L. c. putat, eos tunc duplex peccatum mortale numero distinctum committere, quia quamvis illud efficiat, & suscipiat in peccato mortali eodem modo specifico opponatur Religioni, sunt tamen quasi duo actus disparati, & proinde duo peccata numero distincta. Hoc tamen negat Braccatus nolens d. 1. p. 12. art. 6. in fine, ubi vulturn tantum committit peccatum, quia Minister matrimonii eadem actione, & eodem tempore indivisibiliter facit, & recipit sacramentum, quae tamen ratio non convincit, quia eodem actu duplex potest committi peccatum, si duplici virtuti opponatur; Alii vero dicunt, eos quidem peccate mortaliter suscipiendo in tali statu hoc sacramentum, quia est sacramentum vivorum, per se statum gratiae supponens, & quia sic accedendo obicem ponunt effectui ejus, non tamen oportet, ut dicatur etiam mortaliter peccare, quatenus ministrant, & efficiunt sacramentum, sicut Sanchez, Coninchius, Fernandez, Joannes de Cruce, Filiuccius, Layman, Diana, Aversa, & alii magis communitate, quorum fundamentum est, quia solus Minister consecratus tenetur illo praeecepto sancta sancte tractandi ex vi ejusdem consecrationis, quia specialiter deputatus est ad sacramentum conficiendum, unde etiam quando Laici in casu necessitatis baptizant, non adstringuntur illo praeecepto, ut docet D. Thomas q. 64. art. 6. ad 3. iuxta quem dicendi modum, qui mihi quoque probabilior videtur, patet, quid sit dicendum ad argumentum, quod contrahentes in statu peccati mortali tunc ministerium non peccant mortaliter, seu quatenus illud efficiunt, sed solum quatenus illud suscipiunt in statu peccati mortali.

65 Tandem obijciat, quod contrahentes praesertim simplices, & idiotae nesciunt, se esse Ministros Ecclesiae, ac contrahendum debere intentionem faciendi, quod facit Ecclesia, ac suscipiendi sacramentum, ergo haec non intendunt, & consequenter sacramentum non efficiunt.

Resp. cum Coninchio disp. 24. dub. 3. quid quid sit de antecedente negando consequentiam, quia alios sequere, & nescientes matrimonium esse sacramentum, hoc non suscipere, etiam in facie Ecclesiae contrahunt, quod est absurdum; Sicut igitur, ut hi valide hoc suscipiant sacramentum, sufficit, quod implicite intendunt, volendo nimirum facere, quod alii fideles faciunt, ita interiori implicite, & consensu sufficiens etiam consensu debet, ut si sacramentum ministrant, hoc ipso enim intendunt facere, quod facit Ecclesia, & consequenter sacramentum conficere, & simul suscipere. Vide hanc Auctorem L. c. ubi viginti, & plura soluta argumenta contra hanc veritatem ab Adversariis adducta, etiam ex Patribus, & Conc. & bene declarat, quo sensu aliqui Patres aliquando dixerint, Sacerdotes esse huius sacramenti Ministros, & illud dispensare sacerdos enim contrahentibus assistens in sensu dicit matrimonium Minister nempe ratione sacramenti ceremoniarum, quae est ob reverentia sacramenti ad istiguntur, quorum Minister est Sacerdos, tunc quia quatenus matrimonium est sacramentum, ad Sacerdotes spectat in eo suscipiendo si deles dirigere, & dignos ad id admittere, & in dignos, ac ineptos repellere, & hanc ratione dicuntur id ministrare, & dispensare, tum tandem quia praesertim post Trid. Sacerdos sui praesentia dat firmitatem contractui matrimonii, qui alii invalidus esset.

Alia etiam instantia fieri solet ex Conc. Flor. quod materia videtur realiter a Ministro distinguere, dum inquit, sacramenta tribus perfici, rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, & persona Ministri, ubi ponit Ministerium, tanquam distinctum a materia; cum ergo in Sacramento matrimonii materia sine ipso contrahentes, ut dictum est art. praeced. non poterint ipsum esse

Ll 2 esse



esse Ministri. Sed hæc infantia iam soluta fuit d. r. de sacramentis in genere q. 3. art. 1. a. 103.

ARTICULUS TERTIUS.

An possit inter absentes matrimonium contrahi.

66 Q Uoniam in præcedenti articulo dictum est, contrahentes non tantum esse Ministros huius sacramenti, quando per se ipsos immediate contractum efficiunt matrimonium, sed etiam quando per procuratores, vel per litteras, aut nuncios, non videndum est, an valide etiam celebrari possint inter absentes his tribus modis, non tantum sub ratione contractus, sed etiam sacramenti, & quamvis convenient Doctores, contractum matrimonium antiquitus celebrari potuisse valide in absentia per procuratores, ut constat ex c. finali de Procuratoribus in 6. ad huc tamen opinati sunt aliqui post Concil. Trid. valide fieri non posse inter absentes per procuratores huiusmodi contractum, ubi eius decretum de Matrimonio publicatum, & receptum est, quia nimirum Concilium ad valorem matrimonii etiam sub ratione contractus requirit, ut omnino eorum Parocho, & testibus celebrari, quod quidem per eosdem contrahentes immediate fieri debet, & non potest fieri per procuratorem, vel per epistolam, nam Concilium hæc regulam traxit, Parochus vivo, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu in telleto dicit, ego vos in matrimonium coniungo, ubi plane supponit, ambo contrahentes debere per se in maiestate, & præsentialiter adhibere, & exprimeret consensum suum non autem mediante procuratore, vel internuncio, aut per epistolam, nita sentit uterque Ledeima, Bartholomeus quidem dub. 8. Petrus vero q. 44. de matr. ar. 3. d. u. l. r. loquens præsertim de contractu per epistolam, quod tanto magis affirmat de matrimonio sub ratione sacramenti considerato.

Alii vero licet gratis concedant, posse valide, & licite, etiam stare decreto Conc. Trid. contrahi matrimonium per procuratorem, vel internuncium, aut litteras, sicut antè Concilium fiebat, quia supra id, quod antè ipsum sufficiebat tantum præsentiam Parochi requisivit, & aliorum testium; adhuc tamen negant, talem contractum baptizatum in absentia factum, quamvis validum, habere rationem sacramenti, & esse gratie collativum, pro qua sententia citantur Caietanus, Canus, Victoria, uterque Ledesma, & alii, & ita etiam sentit ex nostris Baffold. 27. q. 1. ubi ait, quod eiusdem quantum ad rationem sacramenti est consentire, & consensum per verbum exprimeret, quod patet, inquit, ex ipsi verbis, quæ communiter in matrimoniis assumuntur, accipio te in meam, accipio te in meam, quod non possunt se absolute profert ab aliquo alio, Quod etiam alii confirmant ex paritate sacramenti poenitentiae, quæ requirit præsentiam ad absolvendum, quia in eius forma dicitur, ego te absolvo, & similiter baptismus, & alia sacramenta ob eandem rationem, sed etiam in matrimonio dicitur, ego te accipio in coniugem, ergo etiam in ipso præsentiam contrahentium requiritur. Accedit, quod esse hoc sacramenti est actus personalis, ut in aliis sacramentis patet, omnia enim alia præsentiam Ministri, & suscipientis postulant, itaut in absentia nec recipi, nec ministrari possint, ergo idem dicendum in Sacramento matrimonii.

68 Dicendum tamen esse, valide celebrari matrimonium inter absentes per procuratorem, epistolam, vel nuncium, & in ratione contractus, & in ratione sacramenti. Hæc est communis in omnia schola, & de mente Doct. d. 26. sub lit. M. ubi docet, matrimonium posse celebrari per alium nomine contrahentium, & loquitur de matrimonio tam sub ratione contractus, quam sacramenti, & d. 27. q. 2. ad 2. ubi dicit, quod contractum matrimonium sufficit, patentes contrahere per litteras, si quidem in aliis contractibus emptionis, & venditionis firmior contractus habetur in litteris, quàm in verbis nudis, & an in tali contractu solvatur quocumque sacramento, se remittit ad ea, quæ dixerat d. 26. com. 4. & quidem quod sit validum, matrimonium inter absentes celebratum sub ratione contractus, satis constat ex Cap. ult. de Proc. ar. 1. in 6. c. Honor. ar. 32. q. 2. esseque dispositio etiam post Trid. licet non haberi potest, siquidem Concil. circa hoc nihil innovavit, fed tantum aliquid addidit, id est, patres ad tollendos abusus, & fraudes, nec ab eo hic modus contrahendi inter absentes revocatus est, quoniam Concil. in suo Decreto dicit, Eccl. semper directam fuisse, ac prohibuisse matrimonium clandestinum, & abique Parocho, & testibus celebrari rat Eccl. nam quæ prohibuit, fed potius ultro concessit modum contrahendi per Procuratorem, nec Concilium ibi irritat, aut irritare intendit hunc modum, quia ad hoc optime servari potest forma Concil. præscripta, quamvis per Procuratores contrahatur celebrandi matrimonium eorum Parocho, & testibus, & ita quidem praxis Eccl. observat, ut etiam per Procuratores in absentia nubentium matrimonium celebratur, quæ modus ille interrogandi contrahentes, & dicendi illa verba, ego vos in matrimonium coniungo, ponitur à Concil. tanquam ordinarius, & consuetus, nam in rigore loquendo sufficit, si proferatur, & exprimat consensum abique ulla interrogatione, nec

ulla verba Parochi sunt de essentia huius contractus, Præterquam, quod quando intervenit Procurator, potest à Parocho interrogari de consensu pro suo principali, & de facto ita prædicatur, quando contractus fit per procuratorem, quod Procurator eorum Parocho, & testibus dicit, talis accipit te in uxorem, aut ego nomine talis verbis gratia Petri accipio te in illius uxorem, aut alio simili modo, quo aptè exprimat debitus consensum sui principalis. 69 Et eodem modo potest etiam contractus matrimonii per epistolam valide celebrari, ut patet ex L. mulierem ff. de ritu nuptiarum, quia per Epistolam potest quis proprium consensum eorum Parocho, & aliis testibus exprimeret, & ex tunc per eandem alterius consensum, si verè consentiat, eorum eisdem acceptat, quod sufficienter fiat his verbis scriptis, vel æquivalentibus, accipio te in coniugem, celebratur enim contractus per litteras eisdem verbis scriptis, quibus voce prolatis in præsentia celebrari solet. Tandem etiam valide celebrari potest per internuncium, qui referat, & exprimat, ut nudius est, nomine mittens consensum ipsius dicit, Petrus v. g. mittit me, ut suo nomine nuntium tibi, ipsum se velle in uxorem; Et in his casibus quando nimirum contractus matrimonii per epistolam, vel nuncium celebratur, ille cui mittitur epistola, aut nuncius exprimens sensum ipsius mittentis, etiam debet suum consensum, & acceptationem traditionis sibi facere, à mittente exprimeret ipsi mittenti, vel per alteram epistolam, vel per nuncium, quia illi faciendæ est expressio talis, sive in sua persona per epistolam, sive alteri ad id commissio, habenti ut nuncius habere solet; Hoc autem interest, quod quando celebratur matrimonium mediante nuncio, vel procuratore, quod nuncius non consentit pro suo principali, à quo mittitur, sed tantum illius consensum exprimit; at procurator non tantum debet illius consensum exprimeret, sed etiam actum consensum pro principali aliere, quia principalis integrum contractum illi committit, scilicet, & quod consensum eliciendum, & quod expressionem, eius ubi simpliciter nuncio hoc secundum tantum committitur.

70 Ut autem contractus matrimonii per Procuratorem valide celebratur, tria in dicto Cap. Finali de Procuratoribus in 6. requiruntur, seu tres conditiones. Prima est, quod Procurator ad id speciale mandatum commisionem, nempe ad contrahendum cum tali, unde non sufficit mandatum generale ad contrahendum matrimonium, nemo enim censetur cum aliqua contrahere velle, nisi prius aliquo modo noverit, & expresse in eam consensit; Secunda est, quod Procurator per seipsum hoc faciat, nec possit ad illud negotium substituere alium, licet alio modo hoc fieri in aliis negotiis minoris ponderis. Tertia tandem conditio est, ut huiusmodi commissio non revocetur ante contractum matrimonium, etiam si aliter coniugium talem commisionem revocasset, matrimonium non subsisteret. Nec est necesse ad invalidandum matrimonium ex hoc capite, quod revocatio mandati innotescat Procuratori, vel parti, unde si revocata sit commissio, quævis solum intere, etiam si Procurator revocationem ignoret, nihil fit, quia si revocata est, quævis solum intere, procurator nequit amplius consentire nomine principalis, qui commissioem revocavit. Et quamvis alii contractus valide fiant per Procuratores, etiam post revocationem mandati, quando revocatio nec Procuratori, nec parti innotuit, sed tamen est in matrimonio, & ratio est, quia in aliis contractibus solum potest consensus partis supplere, non tamen in matrimonio, si deficiat consensus partis consensus, nullo subistit potest, & in foro consentiente sufficeret sola revocatio mentalis, & interna, hæc enim sola impedit, nec Procurator valide consensum præstare possit nomine principalis, quia supponitur commissioem revocasse ante contractum matrimonium. Unde etiam si revocatio sit merè externa, non valet contractus matrimonii in foro conscientie, quamvis in foro externo requiratur probatio revocationis per testes, quocumque eam modo deficiat consensus, annullatur contractus, potest omnino essentialis, & necessarius ad eius validitatem, & subsistentiam.

71 Quod verò matrimonium inter absentes predicto modo contractum sit etiam validum in ratione sacramenti proprie dicti, probatur, quia in matrimonio sic celebrato concurrunt omnia ad subsistentiam sacramenti servanda necessaria, scilicet, materia, forma, & intentio contrahentium, datur enim materia, nempe contrahentium corpora; datur legitima forma, utriusque nempe consensus sufficienter expressus per verba, vel signa mandatis, quatenus per Procuratorem innotescunt, vel per epistolam, aut internuncium, intentionem etiam contrahentium ad esse supponimus; ergo nihil deest ad subsistentiam sacramenti necessarium. Confirmatur, nam quocumque in matrimonio salvatur ratio veri, & legitimi contractus, salvatur etiam ratio sacram. quia ut sæpe dictum est, Christus in nullo profus naturam matrimonii immutavit, sed illam ad rationem Sac. exivit; atqui in matrimonio contractus inter absentes fideles, ac baptizatos salvatur ratio contractus naturalis, & civilis, ad hoc exigitur, quod contrahentes per verba, vel signa æquivalentia consensum intereorem mutuum expriment, quod sufficienter fieri potest per litteras, aut nuncium, vel procuratorem in absentia; & præterea servari etiam possunt omnes conditiones postea à Trid. statuta, & præscriptæ, attendendo nimirum predictis consensum eorum parochi, & duobus testibus, interveniente etiam ipso pro-

curatore, vel nuncio; ergo nihil omnino deest, quin sit verum sacram. Tandem ante Conc. Trid. matrimonium per procuratores celebratum erat verum sacram. nam Flor. absolute, & absq; ulla restrictione omne matrimonium inter fideles, & baptizatos contractum in lege gratie esse unum ex septem Ecclesie sacramentis, definitum, ergo nunc etiam sic contractum verum habet rationem sacramenti, consequenter patet, quia Trid. nihil immutavit in matrimonio, nisi ut celebratur eorum Parocho, & duobus testibus ad tollendas fraudes, & abusus, ac proinde si servetur prædicta conditio, quæ etiam in absentia contrahentium servari potest modo iam explicato, veram rationem sacram. habebit; Et planè si matrimonium inter absentes celebratum non esset verum sacramentum, utique vetitum fuisset à Trid. inter fideles, cum dedecet fideles vinculo matrimonii conjungi sine sacramento; vel saltem præcepisset illis, qui eo modo contraherent, ut postea præsentem iterum contraherent, ut eorum contractus fieret sacramentum, quod tamen præceptum nullibi extat, & praxis Ecclesie illi in contrarium.

72 Nec fundamentum opponit sententia, ut ex paritate aliorum sacramentorum desumptum, quia hoc esse speciale in sacram. matrimonii, eo quod fundatur in contractu, eiusque naturam subsequatur, contractus autem ex sua natura præsentiam contrahentium necessario non postulat, fed etiam potest inter absentes perfici; Et in aliis sacramentis illa determinata verba cum illis pronominibus ex institutione Christi sunt de necessitate sacramenti, & ad eorum veritatem requiritur præsentia ministrantis, & suscipientis; illa verba: Ego accipio te in coniugem non sunt determinate requisita, quia per quæcumque verba, vel etiam signa consensum traditionis domini inquiruntur exprimita potest matrimonium perfici; huiusmodi autem consensum, & traditio, & etiam consensum mutui expressio possunt esse inter absentes per Procuratorem, vel epistolam.

Dices, etiam iudicium, & sententia fieri potest in absentia Iudicis à reo, maxime si sit sententia gratiæ, & absolutoria, & tamen si sententia copulari debeat cum ratione sacramenti, non potest fieri in distant, ergo licet contractus matrimonii fieri possit inter distantes, cum tamen copulandus est sacramento, non poterit sic fieri. Deinde quia fieri potest, quod Procurator habeat intentionem contrahendi pro principali, atque ita nunquam de sacram. constaret, Tandem quia alius dormiens possit gratiam recipere, si ipso dormiente, & existente in gratia, fieret matrimonium à suo Procuratore, ita etiam dormiens possit peccare, si ipso dormiente, & existente in peccato mortali, fieret à suo Procuratore.

73 Respondeo, ea ratione aliquando in Ecclesia permixta fuisse confessionem per litteras; verum postea melius perpensa veritate, factum, ut etiam Brancatus nosse notavit disp. 13. a. 2. in fine, sacramentum poenitentiae confessionem exigit, non quomodo ocumque, & historice, sed ut partem poenitentiae, quæ annexa habere debet attritionem, vel contritionem, & quandam erubescentiam, de peccati turpitudine, quæ est motuum partialis attritionis, hæc autem non habet confessio per litteras, quia ut habet adagium, littera non erubescit, id est, permitti non debuit, ut per litteras fieret confessio, & in absentia daretur absolutio, quia nec Sacerdos certus esse potest de poenitentis contritione, quæ ex modo loquendi poenitentia facile deprehendi potest, hæc autem in sac. matrimonio non occurrunt, cum solum in consensum externum exigat, qui per epistolam, nuncium, vel procuratorem parti innotescere potest.

Ad secundum neganda est consequentia, quia ut constat ex dictis art. prac. 62. in eo casu non procurator, sed principalis mittens est minister sacramenti; procurator verò exprimit tantum consensum sui principalis, unde non potest dici Minister, nisi instrumentalis, quia se habet, ut certa referret alterius verba, & voluntatem, quibus expressis, & audito consensu alterius conjugis jam perfectus est contractus, & ita etiam responderet Brancatus art. 13. Magis tamen urgetur argumentum, si dicatur cum Averla q. 3. sed. 5. & aliis, Ministerium quocumque huius sacram. esse posse procuratorem, & Ministerium esse quocumque substantia sacram. itaut tota substantia constitutur, tum ex eo actu, quo contrahens constituit procuratorem, tum ex Ministerio procuratoris, quod etiam videtur inferri, licet sub dubio Scotus disp. 26. lit. M. ubi ait, quod quando parentes contrahunt pro filijs, vel filiabus presentibus, & non exprimentibus signa propria, si ibi est sacramentum, oportet dicere, quod Minister huius sacramenti potest esse indifferens, quicumque potest esse Minister in contractu matrimonii; Sed quando etiam hoc admittitur, adhuc neganda est consequentia, id enim in aliis quocumque sacramentis accidere potest, cum possit minister contrarium habere intentionem, & tamen si materiam, & formam applicaret, in foro Ecclesie haberetur pro sacramento, quia Minister intentio sibi occulta foret, nec tamen ob id dicimus, non constare de sacramentis in Ecclesia.

Ad ultimum dicendum est, non esse inconveniens illud dormientium recipere sacramentum, & gratiam, quia id etiam accidere potest in aliis sacramentis recipiendis, ut patet de baptismo, & poenitentia in ijs, qui antea petierunt, & postea obmuerunt, & tamen

Meld. in Quart. Sentent.

eis, danda sunt hæc fact. ex 26. q. 6. c. qui recedant ab his qui c. c. Ar. g. n. m. obligatur tamen sub mortali, ut sit in statu gratiæ, eo tempore, quo prudenter iudicatur, celebrandum esse contractum, & peccat mortaliter, si non sit in gratia; Nec est inconveniens, dormientem peccare mortaliter ratione consensum liberi in ebrietate ratione libertatis, quia se voluit inebriare, non obstat periculo homicidii prævisio, juxta communi doctr. lib. 2. traditam disp. de peccatis in causa.

QUESTIO TERTIA.

De mutuo contrahentium consensu ad Matrimonium necessaria.

74 A Dd necessarius est mutuo contrahentium consensus ad matrimonium constituendum, ut non in uno tantum genere causa, sed duplici ejus necessitas appareat, nam si consensus contrahentium ad ipsam essentiam contractus civilis referatur jam inter Fideles elevati ad statum sacramenti, in genere causa formalis ad illud constituendum concurrunt, ut satis patet ex dictis, nam consensus mutuo contrahentium verbis, vel alijs signis expressis est forma, sive causa formalis istius, tam sub ratione contractus, quam sacramenti; si vero referatur ad potissimum ejus effectum, quod est vinculum conjugale etiam post celebratum contractum duras, & perseverans, vere & proprie est causa efficiens illius saltem in genere moris, sic enim aperte deducitur ex Concilio Florentino, ubi in decreto Fidei Eugenius Quartus id expresse definit, dum ait, quod causa efficiens matrimonii est mutuo consensus per verba de presenti expressus; examinandum igitur est in presenti questione, quanta sit ejus necessitas ad matrimonium constituendum, & qualis esse debeat, ut validitatem matrimonii sufficiat, & quodnam sit ejus obiectum, & finis.

ARTICULUS PRIMUS.

Quanta sit necessitas mutuo consensus ad matrimonium constituendum.

75 C Onveniunt Doctores, ad essentiam, & valorem contractus matrimonii mutuum consensum contrahentium necessarium requiri, ut patet decreto Eugenii jam relato, & ex 6. Tit. 26. de sponsalibus, & deducitur ex natura ipsa, & speciali conditione huius contractus, quicquid sit de aliis contractibus, in quibus alioquin potest contrahentium consensus aliunde suppleri, nec sufficit, quod consensus iste sit simpliciter quedam voluntas, & cõpactentia, sed esse debet volitio efficax, ut in dicto c. Tria significatur, & ratio est, quia per matrimonium contractum dominium corporum invicem traditur, quod absq; consensu efficaci tradi nequit, nec sufficit, ut ex quacumque liberatione procedat, sed ex plena deliberatione procedere debet, ad peccatum mortale sufficiente, siquidem matrimonium contractus magis potestis est, & momentius potest dominium corporis translativum in altera personam in ordine ad carnalem conjunctionem, & gravis obligationis inducivum in ipso transierente dominium. Hæc, inquam, est communis doctrina in omni schola, quam professo tradidit etiam Scotus 4. disp. 26. lit. G. disp. 27. q. 2. & 2. disp. 28. q. 2. 3. ut autem pateat, qualis, & quanta sit huiusmodi necessitas mutui consensus maris, & femine ad matrimonium constituendum, duæ difficultates sunt hæc examinandæ, una est, an per superiorem, & extraordinariam potestatem Ecclesie, & Republice possint vir, & femina absque proprio consensu in matrimonio copulari, altera est, an saltem id fieri possit potestate divina.

76 Quoad primam difficultatem conveniunt Doctores, neque Republicam, neque Ecclesiam posse talem obligationem indeque independentem à consensu contrahentium, quia Deus hoc sibi reservavit, & instituit absolute contractum per consensum maris, & femine, cui alligavit contractum, itaut sine illo nequeat iniri; unde quamvis Princeps Ecclesiasticus, aut secularis possit precipere, ut vir, aut femina in matrimonio consentiant, tamen sine eorum consensu neutiquam potest eisdem maritali vinculo copulare, etiam si urgens necessitas appareat; ita Soto, Sanchez, Coninch, Hurtado, Casseus, Becanus, Averfa, & alii patet contra Høllstenem. Ratio est, quia Republica tantum habet potestatem supra res, & corpora civium, quatenus publico bono expedit; at bono civitatis minime expedit, ut vir, & femina contra eorum voluntatem, ac ipsi invitatis matrimonium aliter conjugantur, imò matrimonium sic inita infelices haberet exitus, nam conjugium fuit natura ordinatum ad suscipiendam, & educandam prolem per mutuum amorem inter conjuges, nulla ergo humana potestas ad hoc se extendit, ut uni tradat dominium conjugale corporis alterius absque proprio eorum consensu, sed ipsimet homines habent singuli in usu corpori potestatem ad tradendum sui dominium in usum conjugalem.

77 Sed pro affirmativa urgeri potest, quod ob bonum publicum potest Princeps disponere de rebus, ac etiam de vita subditorum, ergo etiam de eorum corporibus tradendo illis mutuum dominium in usum conjugalem. Tum 2. quia potest invitare civis compelle-

Ll 3 read

La + elos parrafos de notici error ya 22 orados y vacuado.